

Eksamensordning

Eksamensordning

Eksamensordning

Eksamensordning

Opgave dag 2. Torsdag 30. mai (4 timer)

Begge spørsmål skal besvares. Ordbok er tillatt. Kandidaten beskrive tydelig med penn.

1 Ukjent tekst.

Oversett til norsk:

Equus Alexandri regis Bucephalas fuit. Nomen Graecum est, significat caput bovis; datum est a capite, quod tam quadratum et lacertosum videretur quam bovis. Super hoc equo dignum memoria est visum, quod, ubi ornatus erat armatusque ad proelium, haud umquam inscendi sese ab alio nisi ab rege passus sit. Id etiam de isto equo memoratum est, quod, cum insidens in eo Alexander bello Indico et facinora faciens fortia in hostium cuneum non satis sibi providens immisisset coniectisque undique in Alexandrum telis vulneribus altis in cervice atque in latere equus perfossus esset, moribundus tamen ac prope iam exsanguis e mediis hostibus regem vivacissimo cursu retulit atque, ubi eum extra tela extulerat, illico concidit et domini iam superstitis securus quasi cum sensus humani solacio animam exspiravit. Tum rex Alexander parta eius belli victoria oppidum in isdem locis condidit idque ob equi honores Bucephalon appellavit.

2 Besvar ett av følgende tre spørsmål. Svaret kan være 1-2 sider langt.

1. Gi eksempler på hvordan Bibelens latin skiller seg fra klassisk latin, og forklar hvorfor.
2. Beskriv bruken av latin i moderne tid og gi et par eksempler.
3. Pek på grunnleggende forskjeller mellom den romerske republikken og det romerske keiserdømmet. Gi eksempler fra pensumtekster.